

Appendix. — Europa Nro. 45.

## Regnum Mortuorum.

Sermones Politici Mortuorum.

*Elysium — Meum 20. Maii 1808.*

Hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum;  
Illud recte: iterum sic memento.

Ter.

*Diogenes — Antonius Comasso.*

*Comasso*: Si ausim quaerere, quid adeo attente legit Diogenes? — *Diogenes*: Schaedulam culinarem Saeculi 19. — *Comasso* (falcem in messem meam) Quid discitur ex hac Schaedula; an Diogenes Cocus fieri vult? — *Diogenes*: Schaedula culinaria est verum barometrum morum, et cursus rerum quovis Saeculo. *Comasso*: Venter est perpetuum mobile, quod hactenus omnes Phisici perperam quaesiverunt. Is determinat omnes hominum actiones, et est Dominator totius corporis humani. Ubi concentrantur omnes necessitates, et nisus hominum? in Ventre; Poeta canit; Jurista processus ducit; Theologus concionatur; Medicus curat aegros; Opifex laborat; Agricola arat, et Litterarius scribit pro saturando ventre. Habitatio, et vestes sunt duntaxat subalterni officiales ventris; et sic venter est maximus Despotae in orbe. Dum considero, quo studio homines huic Despotae complacere studeant, forma consequentiam ad beatum eorundem statum; Venter itaque est, eritque in aeternum infallibile barometrum morum, et genii Saeculi; forum primae Instantiae in vita humana.

*Comasso*: *Signor Diogene!* haec observatio est exorbitans; Ars coquendi est prima omnium artium, et erat ab origine mundi praecipua hominum necessitas; quae ex barbarie ad perfectionem eluctata est. — *Diogenes*: Quomodo? — *Comasso*: Quam misera fuit prima hominum vita; Primo fructus, et mel; tum lac et radices erant eorum alimenta. Comedebant gregatim sub arbore ad rivum, et terminato esu, decumbentes ad ventrem bibebant ex rivo — *Diogenes*: Hoc erat naturale, et homines sani. —

*Comasso*: Postea detexerunt ignem; quam felix inventio! Habentes ignem, coeperunt debiliora animalcula,

eaque assarunt, aut coxerunt; hoc ipsis sapuit, et facti sunt Venatores. — *Diogenes*: Jam haec erat degeneratio, nam ad capienda insontia animalcula opus erat dolo.

*Comasso*: Appetitus cum tempore crevit; sensualitas titillata; gustus perpolitus, et commoditas vitae quaesita. Homines compulerant insontissima animalcula, et in greges aut armenta conjunxerant; hinc enata est proprietas e. g. ovium, et cum his gregibus instituerant homines migrationem per gibbosum mundum. Homines erant pastores, et haec vita vocabatur vita pastoralis. — *Diogenes*. Quid? Animalia, qua proprietas? Hic incipit mundus malignus.

*Comasso*: Homines instituerant porro tentamina, torrentes diversa semina plantarum, quae lapidibus contrivebant; quod erat bonum. Inde jactabant semina in terram, quae multiplicabantur; extruxerant exposit sibi tuguria, habitabantque sedibus fixis, non amplius peregrinantes; et ad gasulam pro commoditate adjunderunt culinam. — *Diogenes*: His progressivis inventis mundus evasit in dies deterior.

*Comasso*: Tandem invenerant homines diversas herbas, et radices; Quae inventio! haec titillarunt gustum; hinc homines ea collegerunt, et aliis pro aliis productis permutarunt; hinc nata Permutatio; quam felix status! — *Diogenes*: Felix? Hoc ego optime dijudicare possum. Persae adtulerunt in Graeciam luxum; Legislatores nostri clamabant contra, sed quid juvit? — Tandem venerunt Romani, et percoluerunt culinam. Uni coco solvebantur annue 4. talenta, quae 20 Millia librarum gallicarum efficiebant; et Antonius donavit coco suo magnam unam civitatem, quod magnificum praeparaverit prandium pro excipienda Cleopatra — Heu mundum corruptum!

*Comasso*: Quomodo? *Signor Diogene*, malus mundus? — Is erat omnium mundorum possibilium optimus; eratque beatissimus hominum status, quem hodie *illuminationem* vulgus nominat. Cupedia Romanorum sub Leone 10 per omniem Italiam quasi e tumulo evocata sunt, quae celeberris Catharina Medices in Galliam detulit, unde in omnem reliquum orbem penetrarunt. — *Diogenes*: Homo sensualis! noveris, quo magis haec ars perculsa fuit, hoc magis in proportionem progressiva mundus degeneravit. Ego omnes cocos, et artem corum Cerbero devoveo.

*Comasso*: Quae injuria vobis Appicio, Lucullo, arti coquinariae, et mihi, *Signor Diogene*! Cocus est primum civilis societatis membrum. — *Diogenes*. Jupiter, miserere hujus fatui! — *Comasso*: Hoc demonstrabo tibi juxta strictissimas regulas Logicae: Is est primum societatis membrum, qui objectum primae necessitatis curat; at-

qui  
mae  
et h  
cura  
nes

quer  
ne?  
mod  
met  
spec  
ptor  
ridib

Bero

quen  
'bet n  
jusda  
matr  
dede  
mom  
hora  
mali  
janua  
tem.

posui  
ctiste  
russic  
cum

milit  
quam  
nam,  
lus ac  
beret  
bello  
daris  
bus in

lintea  
hanc  
reliqu  
patri

xisti?  
rus cu  
lus: U  
crudel  
vit: Q  
Mexera  
parent

qui hoc facit cocus, *ergo*. — *Probo Minorem*: Tria suut prima necessitatis objecta in civitate: Nutrimentum, vestitus, et habitatio, quorum primum est nutrimentum, sed hoc curat cocus, ergo etc. *Quod erat demonstrandum. Diogenes*: Jupiter! iterum iterumque miserere!

*Comasso*: An non Sillogismus in *optima*, et consequentia in *strictissima*, et *curiosissima forma*? Signor Diogene? — *Diogenes*. Impellit dolium suum, et abscedit? Quomodo ego in cocum impegi; O Philosophia! ane plane tmet in culinas humiliasti? — *Comasso*: Eum fugientem spectans) Vade, miserum genus Philosophorum, Contemptor culinae (Ad haec sedet ad ignem, et legit in Ephemeridibus haec:)

*Se non e vero, e ben trovato*: In tomulo 32. Pagellarum Berolini editarum, sub nomine *Feuerbrände* (favillae) sequens legitur historia, quae uberem contemplationis praebet materiam. — *Nissae* in Lusatia erat apud Viduam cujusdam civis in hospitio Vigiliarum magister gallicus, cui matrona domus, sumpta caena, cubile, et paratum lectum dederat. Sequenti die, parato tempestive jentaculo, quovis momento exspectabat venturum hospitem, ast elapsa jam hora 10. non comparuit. Sollicita matrona, ne fors quid mali eidem accidisset, ascendens ad cubile, lenteque aperta janua, videt militem in lecto sedentem, et amarissime flentem. Interroganti hospiti, ut quid fleret? inter lachrimas reposuit: Unde nam haec, quae ipsi dederat, accepisset lectisternia? cum ei matrona reposuisset, se a quodam bo-russico milite illa emisse, an ille viveret, ubi esset, et an cum illo convenire posset; quaeiit. Accepta informatione, militem eundem in vicinia laud procul habitare, ubi aliquam aconomiolam sibi emerat, surgens e lecto, matronam, ut eum ad militem duceret, rogavit; adveniens Gallus ad eum, interrogavit, undenam haec lectisternia haberet, qui ei reposuit, se illa in Campania, dum illic in bello constitueretur, in praedam accepisse. An non recorderis, interrogabat porro, Infantis, qui te implexis manibus inter fletus orabat, ut humanius ageres, et saltem haec linteamina parentibus suis relinqueres? Hussarus replicuit; hanc esse sortem belli; doluisse quidem sibi, sed quod ille reliquisset, accepisset alter. — Sed ubi est illa pecunia, quam patri meo rapuisti, et quo facto nos ad mendicitatem deduxisti? — Jam dudum ad obulum expendi, retorsit Hussarus cum aliqua visibili anxietate. Ad haec respondit Gallus: Utut infans attunc adhuc fuerim, bene tamen meminere crudelitatis tuae, quae domum nostram horrore complevit: Quod lamenta mea, dum te ad humanitatem puer re-  
 nexeram, surdis exceperis auribus, tibi ignosco. Quod meos parentes exigua proprietate crudeliter exueris, etiam illi tibi

ignoscent, sed quod sororem meam, quae contra tuam barbariem opem inclamaverat, in fontem praecipitem egeris, hoc indulgeat tibi Deus. Hoc dicto cum indignatione deseruit domum.

*Diarium Politicum.*

Ergo decisa est etiam sors Hispaniae. Rex contractu solenni cum Napoleone Imperatore inito, ad quem omnia totius aulae hispanicae membra accesserunt, jura coronae in eundem transtulit. Haec conventio, et conditiones ejus adhuc quidem notae non sunt, ex litteris tamen Regis ad Consilium supremum Castiliae, et Consilium Inquisitionis multa deduci possunt, quorum summa est:

In modernis extraordinariis circumstantiis dilectis subditis nostris, quorum felicitas per tempus regiminis nostri unicum erat paterni cordis nostri desiderium, sinceri amoris nostri testimonium dare volentes, omnia jura nostra ad regnum Hispaniae per conventionem solennem in foederatum et amicam nostrum Galliarum Imperatorem transtulimus, cujus una essentialis conditio est, ut Integritas, et independentia Hispaniae conservetur, utque religio catholica in hoc regno non solum dominans, sed unica futura sit. Haec vobis finem in eum communicanda censuimus, ut his conformiter agere, eaque publica reddere, ac vos in omnibus Imperatori Napoleoni adesse noveritis. Conservate arctissimam cum Gallis concordiam, et fraternitatem, praecipuaque cura vestra sit, ut regnum a tumultibus, et revolutione praeservetis. In nova situatione nostra, in quam nunc devenimus, vestri memores esse non desinemus, felicesque nos reputabimus, si vos quietos, vestraque sorte contentos esse viderimus.

Quaedam fragmenta colloquii, quod Imperator Napoleon cum Deputatis Camerae commercialis Burdegalae habuit, notari merentur. „Pati commercium, notum mihi est, sed oportet nos constantes esse, et Anglia debeat cedere. Angli sunt Dominatores marium, ego Continentis; sed illi sunt Praedones, et nos illos domabimus. Est quidem opus patientia, persimonia, et amaritudinibus, at fructus horum futurus est pax firma; si pacem ineam, debebunt mihi Angli pro ejus durabilitate sufficientem garantiam dare, quam si frangant, uno eodemque die universa eorum promptuaria per omnem Continentem occupabo, atque haec futura est larga compensatio; dum oblatam Russiae intermediationem non acceptarunt, egerunt in perniciem suam. — Quoad Neutralitatem dixit: Eam nunc esse impossibilem. Anglia arrogavit sibi jus Visitationis, et vectigalis, hoc ego admittere non potui; hinc Decretum Angliae de 17. Decemb. Sacharam et Caffee quidem caro futura sunt, sed oportet ex modo dieo parce vivere.

Codi  
pro  
sitati  
nana  
veru  
audia  
princ  
est,  
is fon  
puli s  
social  
major  
clare

nullu  
defec  
tus a  
ut aec  
quo c  
placet  
ticaru  
lingua  
tica si  
veteri  
vis su  
Delin  
in frag  
lia ad  
sophia  
sempe  
jectum  
loberr